



**Rev. Patr. Joannis Laurentii Berti, Ord. Eremit. S.  
Augustini, Theologia Historico-Dogmatico-Scholastica,  
Seu Libri, De Theologicis Disciplinis**

**Berti, Giovanni Lorenzo**

**1750**

Celsissimo Ac Reverendissimo Domino Domino Andreæ Jacobo, S. R. I.  
Principi Et Archi-Episcopo Salisburgensi, Sacræ Sedis Apostolicæ Legato  
Nato, Germaniæ Primati, &c. &c. Ex Illustrissima Et ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83620)



CELSISSIMO  
*AC*  
REVERENDISSIMO  
DOMINO DOMINO  
ANDREÆ  
JACOBO,  
S. R. I. PRINCIPI  
*ET*  
ARCHI-EPISCOPO  
SALISBURGENSI,  
SACRÆ SEDIS APOSTOLICÆ  
LEGATO NATO, GERMANIÆ  
PRIMATI, &c. &c.  
EX ILLUSTRISSIMA ET ANTIQUISSIMA PROSAPIA  
S. R. I. COMITUM  
*DE*  
DIETRICHSTEIN,  
DOMINO DOMINO PRINCIPI  
CLEMENTISSIMO.



CELSSIMO  
AC  
REVERENDISSIMO  
DOMINO DOMINO  
ANDREAE  
JACOBO  
S.R.I. PRINCIPI  
ET  
ARCHI-EPISCOPO  
SALISBURGENSI  
SACRAE SEDIS APOSTOLICAE  
LEGATO NATO GERMANIAE  
PRIMATI &c. &c.  
EX ILLUSTRISSIMA ET ANTIQUISSIMA PROSPERIA  
S.R.I. COMMITUM  
DE  
DIETRICHSTEIN  
DOMINO DOMINO PRINCIPI  
CLEMENTISSIMO



REVERENDISSIME ac CELSISSIME

S. R. I.

PRINCEPS  
DOMINE, DOMINE  
CLEMENTISSIME.



Nominis TUI, gratiæ, virtutisque  
fama non finitimos duntaxat  
sed vel longe remotos blande  
pervadit. Fama, inquam, non sexcentis, non  
mille



mille linguis, Reverendissime S. R. I. Princeps  
sed uno omnium ore illud præclarum atque  
magnificum cantans, quod cantari de Principe  
maximum potest, *BONITATEM*.

Est profecto Princeps velut quidam in ter-  
ra DEUS. DEUS autem non alio magis indi-  
cio mortalium animis illabitur atque indicatur,  
quam summæ bonitatis,

Neque vero patiuntur omnes TUI ignorare  
nos vicinos & externos Bonitatis TUÆ, CLE-  
MENTISSIME PRINCEPS, imaginem. Quam  
dulce est per TUAM ditionem agentibus iter,  
aut cum quovis TIBI subditorum miscentibus  
sermonem, illico audire sponte prolata, nec re-  
quisita quidem illa verba nemini non Princi-  
pum exoptanda: *BONUM DOMINUM  
HABEMUS*. Hic nobis (ita pergunt) pri-  
mum onera laxat ea charitate, ut ipse sacris suis  
illa imponere humeris videatur. Hic neminem à  
se tristem dimittit; tristior ipse, cum quid con-  
cedere nequit, quam is cui negabatur; quia ne-  
que negat cuiquam, sed pro conditione tantum  
huma-



humana dare omnibus omnia nequit. Hic ,  
ajunt, non, dum quærat, expectat; sed ipse  
quærit, ipse vocat, quibus bene faciat nec opi-  
nantibus: velut huic uni studio se dederet, ut  
rationes clientum omnes perdius ac pernox in  
numerus vocat. Solis instar, qui ipse quærit, ori-  
endoque detegit, quos calore confoveat. Hic  
est, conclamant denique, cujus vel obtutu feli-  
ci, vel recordatione pia, vel nomine saltem in-  
tellecto fugit ab animis nostris memoria difficili-  
um temporum, quibus pulsati fatali rerum or-  
dine ingemuimus.

Has esse TUORUM voces, CLEMENTISSI-  
ME PRINCEPS, nemo ignorat, qui vel à  
longe ditionem TUAM salutaverit. Quod cum  
mihi Clementiâ Tuâ non semel contingat, pate-  
re, PRINCEPS MITISSIME, TUORUM  
festivis salutationibus & mea vota subjungi, quæ  
Theologico hoc insigni opere testata facio, sa-  
crisque pedibus substerno. Ceterum DEum  
optimum maximum ex imo pectore precor, uti  
TIBI annos plurimos atque integerrimos, TE-  
QUE

)(



QUE genti TUÆ ac mihi Servo TUO infimo  
quam diutissime concedat.

*Serus in cælum redeas, diuque  
Lætus intersis populo Juvavi  
Neve TE nostris vitiis iniquum  
Ocyor aura*

*Tollat. Hic magnos potius triumphos,  
Hic ames dici Pater atque Princeps. \**

Dabam Monachii

An. 1750.

Reverendissimæ  
Celsitudinis Tuæ

\* Horat. Carm. Lib. I. Od. II,  
ad Augustum.

*Servus Subjēctissimus*

JOANNES GASTEL,  
Bibliopola Monacensis.